









Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXIX.

Ad Lib. XVI. Tit. II. & III. Digest.

2668/13

De

COMPENSATIONIBUS  
ET DEPOSITO;

Quam,

32

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO *Lauterbach*

U. J. D. & Professore P.

placido Eruditorum Examini,

Addiém Januarii,

proponit

JOHANN-CASPARUS *Reuß*

Buxovillâ - Hanoicus.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISL,


ANNO M. DC. LXVIII.











Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXIX.

Ad Lib. XVI. Tit. II. & III. Digest.

I.

**H**eres, sub hac conditione, *si decem Titio dederit*, institutus, si Titius eidem decem vel majorem debet summam, allegare potest compensationem, & hereditatem statim adire. De Compensationibus.

*arg. l. 20. §. 2. ff. de statu liber. l. 45. ff. de condit. & demonstrat. vide Frantzk. lib. 2. Resolut. 17. num. 12. & 13, vide Christin. vol. 3. decis. 38. n. 5.*

II.

Titius, qui Principis Quæstori Tubingensi 100. debet florenos, illius crediti compensationem, ad quod eidem est obligatus Principis Quæstor Stutgardianus, Tubingensi opponere nequit,

*arg. l. 1. C. de Compensat. ibi Joh. Brunnem. Donell. Salicet. & Dd. communiter, Christin. vol. 3. decis. 39. n. 1. & 2.*

III.

Idem dicendum, si unus diversas administrat stationes fiscales: v. g. præfecturam & quæsturam, *de Bndervogten und Kellerey* in uno licet loco, tamen debitor præfecturæ compensare nequit, quod eidem debetur ex quæstura.

*arg. d. l. 1. C. de compens. Matth. de Afflict. decis. 192. n. 4.*

IV.

Cæterum si pupilli bona Tubingæ & Stutgardix habentis tutor Tubingensis agit contra suæ administrationis debitorem, eidem rectè opponitur compensatio illius, quod Reo ab ejusdem pupilli tutore Stutgardiano ex sua debetur administratione.



arg. l. 36. ff. de administr. tut. Pauli Christinæ. vol. 3. decis. 39. n. 2. \*\*. Mæstert. tr. de compensat. quest. 4. n. 9. Brisson. tr. de solut. & liberat. tit. de compensat.

## V.

Idem de jure dicendum, si unus diversas & separatas exercet negotiationes; vel unius negotiationis diversas habet tabernæ; quod enim Titius debet uni negotiationi seu tabernæ, illud jure compensatur cum eo, quod eidem debetur ex altera negotiatione sive tabernæ.

arg. d. l. 36. ff. de administr. tutor. junct. l. 50. §. 1. ff. de judic. vide Greeneweg. ad l. 5. §. 15. & 16. ff. de tribut. act. Mæstert. d. quest. 4. in fin. ibi: inter privatos secus &c. quod etiam practici admittunt, si omnes negotiationes sive tabernæ sunt solvendo: Secus si non solvendo. Hieron. Magon. decis. Rot. Lucens. 1. n. 14. vide Jacob. Schultes 2. q. 74. Paul. de Castr. ad d. l. 5. §. 15. n. 1. David. Mevius ad Jus Lubecens. lib. 3. tit. 1. art. 10. n. 56. & seqq. Joh. Marquard. de jur. Mercator. lib. 2. c. 2. num. 19.

## VI.

Maritus à suo Creditore conventus non potest eidem opponere compensationem illius, quod ab actore debetur ejus uxori; (a) nisi uxor marito actiones sibi contra actorem competentes cedat. (b)

- a) arg. l. 16. l. 18. §. 1. ff. de compens. l. 9. C. d. t. Vincent. de Franch. decis. 636. n. 5.  
b) arg. l. 18. pr. ff. de compens. vide Mæstert. de compensat. quest. 7. num. 3. & seqq.

## VII.

Actio injuriarum recantatoria ex mutuis injuriis verbalibus in com. & reconventionem inter easdem personas instituta, compensationis exceptione non eliditur.

vide Zanger. de Except. part. 3. cap. 8. num. 123. David. Mevius ad Jus Lubecens. lib. 4. tit. 4. art. 9. n. 8.

## VIII.

Creditor 150. fl. à debitore suo petens, cui ipse ad 50. ducatos



tos in specie solvendo est obligatus, jure repellitur compensationis exceptione.

Carpzov. Jurisprudens: Forens. part. 1. constit. 8. defens. 11. num. 1. & seq.

**IX.**

Compensatio non tantum in quantitibus, sed etiam in corporibus ejusdem generis indefinite hinc inde debitis locum habet: (a) Ast non in usufructu, v. gr. nominis 1000. fl. hinc inde debito. (b)

a) August. Barbos. ad l. 4. C. de compensat. num. 6. & 7. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 25. th. 8. lit. C. Tuld. in Cod. tit. de compensat. n. 3. Sichard. in l. 14. C. d. t. n. 2. Dn. Hahn. ad π. Weseemb. d. t. num. 6. Diff. Zesl. in comment. π. tit. de compens. n. 14. ubi tamen testatur priorem esse communem. Perez. in Cod. d. t. num. 10.

b) arg. l. 3. ff. de Reb. cred. Diff. Dn. Strauch. dissert. 17. apb. 10.

**X.**

Maritus, qui fundum aestimatum accepit in dotem, & soluto matrimonio convenitur ad dotis restitutionem ab uxoris herede, qui ipse marito ad certam pecuniae summam est obligatus, compensationis exceptione eundem repellere potest. (a) Sed non ille, qui a suo debitore pecuniae convenitur ad rem commodatam aestimatam eidem restituendam. (b)

a) arg. l. 5. & 10. C. de jur. dot. junct. l. 15. §. 1. l. 66. §. 1. ff. solut. matrim. l. 1. C. rer. amot. & l. fin. C. de compens. vid. Ant. Menoch. decis. Florent. 13. Trentacinq. lib. 3. tit. de compensat. Resol. 1. num. 18.

b) vide Joan à Sand. lib. 3. tit. 17. def. 3.

**XI.**

Titius Cajo condemnatus est in centum, eidemque à giudice ex benignitate certi solutionis termini sunt constituti; quibus nondum elapsis, idem Cajo condemnatur Titio etiam ad certam pecuniae summam, sed simpliciter, nullis concessis solutionis terminis, queritur an locum habeat compensatio, etiam intra Terminos solutionis Titio concessos? Aff.



6  
*Conclusion. forens. Exercitat. XXIX.*

*per l. 16. §. 1. ff. de compensat. ibi Bart. Jos. Paul. de Castr. Ant. Fab. & alii Dd. Brisson. tr. de solut. & liberat. tit. de compens. Mastert. tr. de compens. quest. 16. n. 4. Zanger de Except. p. 30. t. 6. n. 22. & 24. Ant Faber in Cod. lib. 4. t. 21. def. 11.*

XII.

Creditor licet debitori suo ex fidejussione sit obligatus, tamen contra eundem agens, debitore principali, pro quo fidejussit, nondum excusso, invitus exceptione compensationis repelli nequit.

*arg. l. 7. pr. ff. de compens. junct. Nov. 4. c. 1.*

XIII.

Exceptio facti, tibi adversus me non competit actio, non semper impedit compensationem.

*arg. l. 6. ff. de compens.*

XIV.

Compensatio præsumitur in casu, ubi Creditor debitori suo, cui ille vicissim in majorem summam erat obligatus, de solutione sibi facta dedit apocham: v. g. Cajus Titium habuit obligatum in 50. ex legato. Titio verò Cajus debuit 100. ex mutuo. Cajus Titio dedit Apocham, qua confessus est, debitum legatum 50. fl. sibi à Titio solutum esse. Postea Titius à Cajo petit integrum debitum ex mutuo, 100. sc. fl. Cajus excipiendo respondet 50. fl. compensatione legati esse solutos. Titius replicans se Cajo legatum naturaliter solvisse, producit apocham Caji, quæritur, an hæc solutio 50. fl. naturaliter, an per compensationem facta præsumatur? In dubio posterius dicendum, & pro Cajo respondendum.

*arg. l. 4. C. de compens. l. 4. ff. qui potior. in pign. Sicuti enim in dolo est, qui id petit, quod statim redditurus est: l. 8. de dol. except. ita et in stultitia & supina negligentia, qui actu id solvit, quod sine controversia (compensationis enim requisita, uti etiam crediti & debiti scientiam hæc præsupponimus.) potest compensare: Interest enim nostra potius nonolvere, quàm solutum repetere. l. 3. ff. de compens. Et cum communiter, qui compensare potest, & hoc scit, actu non solvit, proinde hoc factum esse, in dubio non est præsumendum. Dn. Frantzk. lib. 2. Resolut. 17. n. 8. 11. & seqq. Ubi tamen quæstio*



quæstio & facti species ita proponitur, ut status controversiæ exinde intelligi vix possit.

XV.

Compensatio fieri potest etiam in præjudicium & damnum anterioris Creditoris: v. g. Cajus simplex Creditor Titii, qui multos habet creditores hypothecarios, obligatur eidem Titio ex alia causa ad certam pecuniæ summam. Postea in concursu Creditorum, hypothecarii petunt, ut à Cajo Titii debitore debitum exigatur, & exinde ipsis credita solvantur: Cajus se compensatione liberatum esse excipit: Hypothecarii hic compensationem in illorum præjudicium locum habere negant. Nos, Cajum compensatione liberatum esse, existimamus.

arg. l. 10. l. 21. ff. l. 4. & ult. C. de compens. §. 30. Inst. de Action. Sigismund. Scaccia tr. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 417. 424. & seqq. Diff. Ludovic. Postius Resolut. 121. numer. 10. & seqq.

XVI.

Compensatio etiam nondum opposita impedit cursum præscriptionis: v. gr. Titius creditor Caji intra 29. annos nihil petiit. Interim Titius Cajo obligatur ex legato; quod Cajus post biennium à Titio petit. Titius se compensatione liberatum esse excipit. Cajus replicando dicit, debitum, ad quod ipse fuerit Titio obligatus, præscriptione 30. annorum extinctum, non posse in compensationem deduci. Titius rectè duplicat ante 30. annos compensationem ipso jure factam esse, nimirum ex eo tempore, quo mutua credita & debita esse ceperunt.

arg. l. 4. C. de compens. l. 10. l. 21. ff. eod. Scaccia de Commerc. §. 2. gl. num. 427. Joan Mohedan. decis. Rot. Rom. tit. de præscript. decis. 3. \*\*.

XVII.

Etiam nostris moribus, qui rem depositam vendidit, eam- De Depo- que postea in causam depositi redemit, de subsequuto ejus interitu sito. casuali tenetur.

arg. l. 1. §. 25. ff. depos. junct. l. 32. §. fin. C. de appellat. Non obstantibus iis, quæ tradit Græneweg. ad d. §. 25. & jus Wir-



Wirtembergicum p. 2. Landr. tit. 3. §. Es solle & seq. fol.  
244.

## XVIII.


Defunctus apud Titium 12. deposuit posula argentea, et  
dugent Tischbecher / & tres reliquit heredes; Depositarius uni ex  
heredibus, licet cautionem offerenti, omnia pocula restituere  
non debet: (a) Suam tamen portionem eidem, etiam non ca-  
venti, reddere tenetur; (b) quam ipse sibi retinet, nec quic-  
quam de illa coheredibus communicare tenetur, etsi reliqua po-  
cula apud depositarium sive ejus dolo perierint, aut ejus inopia  
reliquos coheredes excludat. (c) quæ omnia secus sese habent,  
si defunctus apud Titium deposuerit tres equos, gemmas, ve-  
stes vel res similes: (d) etiam si à defuncto fuerint æstimatæ, (e)

- a) arg. l. 1. §. 36. ff. depos. junct. l. fin. C. eod. & si omnia uni re-  
stituit, reliqui adversus eundem suas actiones pro suis por-  
tionibus salvas retinent. Carpzov. lib. 5. Respons. 14. \*\*.
- b) arg. d. l. 1. §. 36. ff. deposit. junct. l. fin. C. depos. ibi Do-  
nell. num. 1. vide Wirtembergisch Landrecht part. 2. tit. 3.  
§. Wann die Haab.
- c) d. l. fin. C. de depos. ibi Donell. Brunnemann.
- d) d. l. 1. §. 36. ff. depos. junct. l. 29. ff. de solut. Donell. ad d.  
l. fin. C. depos. num. 2. vers. diligenter autem. Mant. de tacit.  
& ambig. convent. lib. 10. tit. 7. num. 5. 5. Salicet. ad d. l.  
ult. num. 3. Frantzk. in comment. π. tit. de depos. n. 19.
- e) arg. l. 17. §. 1. ff. depos. vide Burgund. tr. de peric. & culp.  
cap. 12. num. 3. l. 21. C. de jure dat. Si tamen unus ex he-  
redibus suæ portionis æstimationem à depositario recepe-  
rit, eandem sibi retinet. Frantzk. d. t. n. 20.











ULB Halle  
006 682 235


3



Vb-17











B.I.G.

Farbkarte #13

Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXIX.

Ad Lib. XVI. Tit. II. & III. Digest.

1668/13.

De

COMPENSATIONIBUS  
ET DEPOSITO;

Quam,

32

Divina Gratia Favente,

P R E S I D E

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach

U. J. D. & Professore P.

placido Eruditorum Examini,

Ad diem Januarii,

proponit

JOHANN-CASPARUS Reuß /  
Buxovilla - Hanoicus.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISII,

ANNO M. DC. LXVIII.